

sancti gratiam acciperat. Quod si unum donum per eandem spiritum
 sanctum, ^{ad} datum nullatenus potest evacuari, quomodo dicis aliud simile
 donum posse pelli? Annue, respicaturus, quod non sit unus sanctus
 cooperans omnia spiritus. cum propterea unus sit Deus, una fides, unum
 baptisma unumque sacerdotium. Quod si baptismum non auferri potest,
 propterea dubio nec sacerdotium ab actu quidem per diuinitatem segregari potest.
 Ut tamen sacerdos potestate non sit in perpetuitate, sicut baptizatus mi-
 nime potest; et ritus unum initium est, ita et possessio similique fi-
 nis. Unde apparet, quia ritus baptizatus rebaptizari non potest, sic
 sacerdos ^{qui} resecrari nullo modo potest. quodque hoc contradicis, in
 heresim donatistam ^{ad} ruit. Quod itaque per unum spiritum sanctum
 fit, unum est et non diuersum. Neque si in baptismo confirmatur spi-
 ritus, et non in sacerdotio, iam non est unum, sed potius diuersum. Non
 enim accidentia sunt, quae accidunt et recedunt. baptismum et sacer-
 dotium post ^{ad} excommunicationem. ut puta quodlibet accidens, veluti
 sapientia, quae recedit a subiecta mente. aut dum desipit, aut
 dum obliuiscitur. nec quidem perdantur per segregationem po-
 testatis. nec ullo modo rerum infectionis in se perpetuantur. nec
 mutari ut sanctum non sint, nec etiam ita evellantur. ut siue ad
 malum siue ad bonum secundum illud acceptum ordinis ordi-
 nati non iudicentur. Quocirca necesse est ut conceda sacerdotium
 ab accepto irreparabile, ritus baptismum; aut si non, aliud esse
 donum baptimi, aliudque sacerdotii; quod dictum impium est. P. d.
 cit enim Innocentius, quia quod non habuit, dare non potuit. ^{ad} dixit. sed
 non de catholico isto Formoso; sed licet de quolibet dixisset Inno-

ad rit

baptismu ad

f. 116

ad donatistam ad

ita cod a corr.

ad & ad.